

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1116

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

69. Die Schenkung eines Grundstücks im Dorfe Vendenheim durch Otto von Bruchkirchen an das Straßburger Domstift wird beurkundet. 1116 Straßburg.

† : In nomine sanctę et individue trinitatis. : omne testamentum tali ratione conscribitur, ut res acta et tempore preterita teneatur posteris in memoria. notum igitur esse cupimus tam futuri quam presentis seculi hominibus, qualiter quidam 5 nobilis laicus de Bruchkirchen^a Otto nomine mansum unum in villa, que vocatur Vendenheim, cum omni jure donaverit et legaverit sanctę Marię in majori ecclesia Argentine in usum communem confratrum. et hoc fecit pro remedio anime sue et suorum et pro dilectione Hartwigii filii sui¹ et in eodem loco confratris. ut hec vero traditio sive actio firma et insolubilis permaneat omni evo, hanc cartam inde 10 conscribi testesque subscribi et sigilli episcopi inpressione fecimus insigniri. hii sunt testes prescriptę traditionis : Cuno episcopus, quo consentiente et cujus banno confirmante hec omnia facta sunt, Brün major prepositus et regis cancellarius, Burchart decanus, Eberhart edituus, Hesso scholarum magister, Huc, Dietrich, Bertolt, Cünrät, Rudeger, Gerolt ceterique eorum confratres; de laicali ordine Sigefrit 15 advocatus, Diebolt vicedomnus, Sigefrit urbis prefectus, Wernhere, Humbreth ceterique eorum comparitatis homines, quos enumerare longum est. quicumque autem hanc traditionem infringere vel irritam facere studuerit, auctoritate beati Petri apostoli et omnium sanctorum et nostra eum anathemati subicimus.

Acta sunt hec Argentine anno dominicę incarnationis 1116, Paschali papa 20 Romanę ecclesię presidente, Heinrico imperatore quarto regnante, concurrente² 1, epacta 6², indictione 9.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 or. mb. c. sig. int. subt. impr. Das gut erhaltne Siegel größer wie in nr. 65 zeigt den Bischof in halber Figur, nicht sitzend wie dort. Von der schwer leserlichen Legende erkennbar : Cuno Argentinensis. 25
Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 10 nr. 5 = Grandidier Hist. d'Als. II, 226 nr. 573 i. Auszug.

70. Diezwib überträgt für ihr und ihres Mannes Benzelin Seelenheil dem Domstift zu Straßburg einen halben mansus in der Gemarkung Dingsheim und Bischheim. 1116 Straßburg. 30

Notum sit omnibus dei ecclesię fidelibus, qualiter ego Diezwib pro remedio anime mee dilectique mariti mei Benzelini dimidium mansum in Dungenesheim et Biscofesheim marcha situm Argentinensi ecclesię tradidi ea conditione, ut frater meus Iso vel alius in propinquitate mihi proximus eundem dimidium mansum possi- 35

Aug. 17

a) de Bruchkirche von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen. b) solidos auf Rasur von anderer Hand.

¹ Im *Necrolog. eccles. Argent.*: idus april. eodem die Hartvvic acolitus ob. de Vendenheim uniuicque fratrum den. 1. *Mones Anz.* 1838 S. 43.

² Concurrenten- und Epactenziffer incorrect statt 6 und 4, wie Grandidier l. c. corrigirt. 40